



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Barcinonensis n. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Eorum vi-
ta, quam
casta, &
incorrupta,

tineret. Scimus eos habendis concionibus, confessionibus audiendis, iuuentute literis & moribus instruenda, sacris literis publicè interpretandis, docenda Christiana disciplinâ, ægrotis ac vinētis inuisendis, alijsque id genus operibus, nec id modico Ciuitatis fructu & gaudio, assiduè occupari. Vitam vero ita castam, & incorruptam ab illis agi, vt exemplo non minus, quàm eruditione, & institutione profint. Quo factum est, vt magnam probitatis, ac doctrinæ famam, & obtinuerint hætenus apud nostrates homines, & nunc quoque retineant. Quæ cum ita sint, oramus si qui sunt, qui falso illi rumori fidem adhibuerint, eam opinionem longe abijciant, & quam de huius Societatis IESV Patribus existimationem benè conceperant, eam liberè, ac tuto conferuent. Sic Ibid. num. 112.

Participa-
tio honorum
spiritua-
lium Socie-
tatis, ex-
petita.

3. A BARCINONENSI: *Quæ erga nostrum Ordinem se egregie piam semper, atque benignam præbuit: præque ceteris pignoribus illud à Concilio Regio præbitum est. Misere hominem ad Collegium, qui aliquantum pecuniæ elemosynæ nomine deferens totius Consilij verbis diceret, Cognouisse ipsos quàm utilis in publicum Sociorum opera esset, ac rogare, vt ab Generali Præposito vicissim communicationem benefactorum Societatis, ipsis impetrarent. Cui voluntati satisfieri in omnes partes non potuit. Responsum est enim quomodo alijs quoque idem petentibus respondebatur: id doni non vniversè Corpori ciuium, sed hominibus viritim solere concedi. Hæc Ibid. lib. 5. num. 52.*

Et funda-
tio Collegij
vallis Tel-
lina anxie
precata.

4. A PONTANENSI, Cuius Legati in Conuentu Grisonum pro Collegio in Valle Tellina fundando, hæc inter alia, eius nomine, verba dedere. Etenim (inquiunt) si rectè animaduertimus, quæ res cuius bene Instituto hominum Cætui maximè necessaria est, ea nos laboramus maxime, liberùm Institutione. Quippe non eas colimus terras, ad quas vel locorum amænitates, vel lucri magnitudo, vel nominis, & famæ cupido idoneos Magistros alliciat. Inde sobolem nostram haud prope aliter, quàm suos belluæ partus, educamus; cibum modo
eis,